

XLVI.

437



ff. 10  
11

ERNESTI FRIDERICI WERNSDORFI  
THEOL. DOCT. ET P. P. O.  
DE  
**TEMPLI CONSTANTINIANI**  
PROPTER  
LOCVM MORIENTIS ET RESVRGENTIS CHRISTI  
SOLLEMNI DEDICATIONE  
COMMENTATIO  
INVITANDI CAVSSA  
AD  
RENVNCIATIONEM DOCTORVM THEOLOGIAE  
IPSIS  
DEDICATIONIS TEMPLI ACADEMICI SOLLEMNIBVS  
A. N. M D C C L X X  
P. P.



VITE BERGAE  
LITERIS CAROLI CHRISTIANI DÜRRII ACAD. A TYPIS

ERINASII FRANCERICI WERNSDORFI  
TYPIS ET BONIS TYPIS  
TYPIS

TYPIS CONSTANTINIANI

LOGIA MORALIS ET RELIGIOSA CIRCA  
SOLLEMNITATIBUS DEDICATA

REINHOLDIUS MUNNIUS DOCTRINA THEOLOGICA  
DESCRIPTIO ET COMMENTARII

ALBRECHTI  
LUDWIGI

ΑΦΙΕΡΩΣΙΣ

ΤΟΥ ΣΩΤΗΡΙΟΥ ΜΑΡΤΥΡΙΟΥ

SEV DESCRIPTIO

SOLLEMNIS DEDICATIONIS  
TEMPLI A CONSTANTINO M.

PROPTER

LOCVM MORIENTIS ET RESVRGENTIS  
CHRISTI CONDITI

AB EUSEBIVM DE VITA CONST. L. IIII. C. XXXV.

**Q**uum in his Academiae nostrae Hllariis praecipuam gaudi partem iure sibi vindicans Theologorum Ordo, nihil omittere studeat, quod laetitiam ipsius declaret: multo libenter facultatem oblatam est amplexus Theologiae Doctorum creandorum ac renuntiandorum: ut ea celebritate usurpanda, DEDICATIONIS TEMPLI ACADEMICI festiuitas reddetur sollemnior. Est enim hoc Templum idem locus, Doctoribus Theologis creandis antiquitus destinatus: quo loco tam diu nobis, quam diu templo ipso, nempe annos fere decem totos, carendum fuit. Quae igitur propria nostra laetitia est, quod restituto iam Templo, etiam locum restitutum habemus nostrorum

IV DE MARTYRII DEDICATIONE

rum celebratum, ea non parum hinc augetur, quod in ipsa Templi Dedicatione Panegyrin primam Doctorum creandorum instituere possumus.

Huic indicandae Panegyri quum si libellus proponendus, haud erit ab hoc tempore aliena tractatio eius argumenti, de quo polliciti nuper sumus acturos nos esse.<sup>a)</sup> Ageremus de MARTYRII DEDICATIONE ab EVSEBIO narrata, eiusque illustrandae caus-

fa,

<sup>a)</sup> In Progr. Paschali, quod inscriptum est: *Historia Templi, a Constantino M. propter resurr. Christi locum exstruxit pag. 27.*

b) Docuerunt hoc VITRINGA de Synagoga Part. 3. l. 1. c. 2. pag. 454. et PIGETVS differt. *Sur les Temples* cap. 9. pag. 155. Constantini autem aeuo adhuc in ecclesiis Christianis prima quaeque sacra officia, et simplicem sacrorum in templo recens exstruxit administrationem, dedicationis uicem obtinuisse, offendit HENR. DODWELL Differt. *Cyprian. X. ad Epist. 33.* Cui, qui se oppofuit I. H. BOEHMERVS diff. de potestate ciuili in templo. p. 145. id tantum contra DODWELLUM conficit, episcopos, qui tum confebrandorum templorum potestatem sibi solis, excluso reliquo clero, vindicasse, a pristina simplicitate defecisse.

Eo in loco BOEHMERVS, dum ex adulatione Athanasii apud imperatorem, quod festum Paschatus in templo nondum confebrato celebrafset, probare vult, confebrationem templorum eo tempore superftitione necif-

sariam creditam, non omittere debuifet, quae is ad criminationem respondit: *nunquam banc Veteres incusſe ſuperfluvionem, ut in loco non dedicaro ſacra agere nefas purarim.* Apolog. ad Constant. p. 682. Id certum eft, sub initio Saecl. IV. confebrationem aedis ſacrae ab episcopo quidem fieri ſolitam, ſed haud peculiari ritu. Refer *V.R.B. GODOF.R. SIEVERVS* in Tr. de ritibus templorum condendorum ac dedicandorum p. 16. ex actis Marcelli P. R. confebravit illum aedes a Lucina ecclieſiae oblatas, idque feciſe cum deuotione, fine ullo alio confebrationis ritu. Vide *IO. VIGNOLII Notas ad Librum Pontificalem* Romae 1724. ab ipſo editum. P. 73.

c) Quia de appellatione Basilicarum uelhementer et perſaepe hallucinatos uide Scriptores, adnotari hac occasione refert, loca conuentuum Christianorum ad cultum diuinum II. primis faculis nullo ſollemni ritu fuſſe dedicata, recte id contra *Iob. Medium* contendente BOEHMERO diff. II. ad Plin. de antelutaniis Christian. conuentibus

## DE MARTYRII DEDICATIONE IV

sa omnino usitatos Veterum Christianorum in templis dedicandis  
ritus comparabimus.

Ac primo simplicissima Christianos templorum dedicandorum ratione adhuc Saeculo IIII. usos esse, inde constat, quod tempa non alio modo ac Synagogae, quas illa referebant, precibus tantum et orationibus consecrabantur.<sup>b)</sup> Sed Constantino M. ad impérii clauum translato, munificentia eius factum est, ut aedes, quae *Basilicae* dicebantur,<sup>c)</sup> magno et numero et splendoris ornatu exstructae,<sup>d)</sup> maiori quam antea pompa consecra-

A 3 rentur,

uentibus pag. 40. *Differit. Inv. Eccl. antiq.*

Sed ecclesiae pace per Constantinum M. restituta, quam Christiani propter cultum publicum Oratoria, maiora et ampliora, expertes, gentilium templis ut neque propter struturam possent, nec propter nominis odium uellet: apificis autem uiderunt *Basilicas*, quales apud Romanos in usu erant, in quibus caussas cognoscabant, Senatores deliberabant, mercatores negotia tractabant, indulgentia Principum factum est, ut non solum *Basilicae* ueteres coetibus christianis concederentur, sed etiam ut ad eorum formam oratoria noua exstruuntur, quae discri-minis caussa Patres vocarunt: *Basilicas Eccl. Hieronymus in Nepot. et Ambrosius Ep. 28.*

Basilicam Lateranensem Romanam ex HIERONYMO Epitaph. Fab. ad Ocean. constat, Laterani quondam fuisse, caesariano gladio truncata. Erudire hoc argumentum persequutus est, HIER. FRIDER. SCHORCH diff. de *Basilicas carunque iuribus*. Erf. 1733. P. P.

Inde omnia templa, que amplitudinis essent magnitudinis et splendidioris magnificentiae, per eminentiam Basilicae sunt dictae. Quod autem 10. MORINVS dans l' *Histoire de la delverance de l'Eglise par Constantin*. I. VII. p. 61. templum Constantini Hierosolymitanum seu *Martyrium*, *Basilicae* nomine uult unice insignitum esse, conjectura sic infelici nittitur, nouam esse Hierosolymam illam, quam sacra oracula passim praedicent. Ex ecclesiis antiquae doctoribus fuerunt, qui Basilicas affirmarent ita esse adpellatas, quod summi regis domus essent, aut ad similitudinem regiorum palatiorum exstructae. Eam rationem non obfureare probare uidetur BOEHMERS de *popeſtate ciuili in templo* p. 41. pariter ac D. et C. MACRI in Hierolexico p. 72. u. DU GANGE ET SPEELMANN in Glosiar. b. u. FICTETVM c. I. cap. VI. p. 100.

d) Constantinus *Editio* apud SEBIVM H. E. I. X. c. 5. iussit Christianorum sacras aedes persequutionis tempore aut uastatas, aut silico addic-tas

## VI DE MARTYRII DEDICATIONE

rentur, et episcopis, ad earum dedicationes ex omnibus prouinciis ab ipso Imperatore accitis, largissimi sumitus eo nomine suppedarentur. <sup>e)</sup>

Nihil tamen his, quamlibet festis et magnificis templorum dedicationibus admixtum deprehendas de iis ritibus et ceremoniis, quae sequentibus temporibus, partim Iudaismi, partim Gentilismi prava imitatione, a superstitionis Christianorum antistribus adhi-

etas restaurari atque illis restitui. Iussit etiam, ubicumque locorum uellent, aedificari nouas in Epist. ad Eusebium et episcopos: *de ecclesiis praefidum opera aedificandi uenustis resplendi et amplioribus exstruendis*, apud *EUSEBIVM* de V. C. I. 2. c. 46. *THEODORETVM* H. E. I. 2. c. 15. *SOZOMENVM* H. E. I. 8. *NICEPH. CALLIST. H. E.* I. 8. c. 27.

Ipsa tot ecclesiis exstruendas curauit, ut magnitudine sumtum regios thesauros ipsos exhaustiret. II. *SOZOM.* I. 8. et *LVD. THOMASSINYM de Ver. et Notis eccl. discip. P. III. I. 1. c. 12.* Ecclesiis Constantini iussa et sumtu conditas peculari libro descripti 10. *CIAMPINVVS de sacris aedificiis a Conf. M. exstruendis*, Romae 1693 edito. Et enumerat illas *EUSEBIVS* H. E. I. IX. 4. de V. C. Lib. III. 25. 27. 43. 48. 50. I. 1V. 40. 43. 48. 58. 61. in Orat. de Laud. Conflat. c. I. *SOCRATES* H. E. I. 16. *SOZOMENVS* I. 8. II. 26. *NICEPHORVS* VII. 49. VIII. 30. *THEODORET.* I. 17. 31.

e) Sugillant saepe Constantinum et reprehendunt, quod tanto numero tan-

taque magnitudine tempora exaedificavit, atque opibus diteuit, et quod episcopos multo honore complexus, eos menias adhibuit, er, quemadmodum in *Martyrii Dedicatione factum referunt* *EUSEBIVS* de V. C. I. IV. c. 44. per Marianum magnificentissimi epulis exceptos, donis amplissimis auxit: quibus in rebus omnem eius Christianum possum videtur indicant *Scriptores Olferuati. Haleus.* T. I. p. 429. Atque uirtutes hac non malae sunt, et necessariae tum erant. Sacras aedes condere et tempora aperire, intra quaue ciues puro conuenient animo Numerique celebrent, opera sunt, quae ad aeternitatem pertinent, benignitatem autem Imperatoris erga Dei sacerdotes recte Euzebius c. I. benignitatem erga Christianum ipsum adpellat τὴν τοῦ θεοῦ Σωτῆρα διέλεγεν. Quare merito defensus a me est Constantinus in diff. de *Conf. M. religione pacifali* 1758. P. P. p. 7.

f) Vehementer errat, nec leuem antiquitati iniuriam infert 10. *TORREVS*, Anglus, quando in *Dedicatione libri: Traité des anciennes cérémonies du Hi-fleur ad Carolum II. Angl. Regem, re-centifimum*

adhibitae sunt, uolentibus hac in re se non minus pios et erga Numen religiosos uideri. f.) Quae ab illustribus aetatis Constantini Scriptoribus ecclesiasticis exempla dedicationis templorum adferuntur, ea omnia documento sunt, esse illo saeculo consecrationem totam peractam sola loci ad sacram usum destinatione atque usurpatione, quae siebat Liturgia obeunda, et concionibus ad populum habendis, eo plane modo, quo templorum consecrations hodie apud nos in coetibus puriorum sacrorum euangelicis peragun-

centissimum inventum statuit esse templorum dedicationem. Nec felicis res egit suas GE. AD. STRVIVS diff. de *Dedicacionibus Templorum et Altarium occas. L. 9. ff.* de Rer. Diu. le-  
nas P. P. quando c. VI. 21. often-  
rus ritum dedicationis templorum eum,  
qui Saeculo Constantini inualuit,  
aceptum esse a Berytenibus Iudeacis,  
Synagogam suam Christo Seruatori per  
antistitium eius loci confebrantibus, pro-  
uocat ad *ATHANASI* librum *de paf-  
fione imag. dom. in Beryto*, qui tamen  
eius non est, sed fabulosi et superstitio-  
se imaginum cultui addicti ex Sae.  
VIII. hominis.

Itaque introducta quidem est Sae. IV. et necessaria credita templorum consecratio, deinde uero Iudeorum in ceremoniis legalibus nana, et Gentili-  
um stulta iniuratio, qui deorum aedes magna cum pompa et multiplici rito dedicarunt, plenis superstitionum ce-  
remoniis ueluti campum aperuit. Hinc Sae. VI. Gregorii M. P. R. iuſſu aqua Iuſtralis adhuc coepit; mox accessere ardentia luminaria, fasciculus ad asper-  
gendum, pulsatio ianuae templi ba-

cule pastorali, exuiae Martyrum et Sanctorum templis et altaribus illatae, et multa alia a Graecis pariter ac Latinis consumili industria excoginata, quae ex GOARO in Not. ad Euseb. Gr. et IO. STEPH. DVANTO de rit. eccl. cap. I. 1. c. 24. cognoscit possunt. In-  
credibile dictu est, quam superstitiose hi ritus audi fuerint frequentibus saeculis. Iuvat exempli causa his adscribere consecrationem ecclesiae S. Iuliani agri Veronensis, factam Sae. XII. ab Vibano P. R. quam ex antiqua mem-  
brana exhibuit FERD. VGHELLYVS *Italiae Sacrae T. V. pag. 808. editionis secundae „Dominus Ionathan Concor-  
dienſis Episc. et Dominus Aldemarus  
Xantonienſis Episc. fecerunt aquam  
„sanctam, cum aqua et ſole, et iue-  
„runt per tres uices de foris Ecclesiae,  
„et fecerunt aquam benedictam cum  
„ſole, cinere et uino, et sanctificarunt  
„altaria, et iuerunt de intus per cir-  
„cum supra scriptae Ecclesiae tribus  
„uiciis, et fecerunt fieri quadrinium  
„in praedicta Ecclesia cum cinere, et  
„ſcripferunt literas in quadrinio de ci-  
„nere, et unixerunt pedes altarium et  
„menſes cum oleo exorzifato et chri-  
„mate*

VIII DE MARTYRII DEDICATIONE

peraguntur: ut adeo hac quidem in re, Sacrum Constantini-  
num depravatae ad ethnica formam ecclesiae adculsi minime  
debeat.

Eusebius quidem, et si pluribus verbis commemorat, qua ra-  
tione templum a Constantino M. super loco resurrectionis domi-  
nicae conditum, iussu eiusdem sollemniter fuerit dedicatum, &  
nullas tamen alias ceremonias refert, quam quae vel precibus vel  
orationibus comprehenduntur.

Et Pontifici, qui semper ad Veteris Ecclesiae usum prouocan-  
t, eiusque suffragio libenter gloriantur, ne id quidem vident,  
quod adeo manifestum, alios templorum dedicandorum suos ritus  
esse, alios fuisse Maiorum, quibus nondum Tiberinus ille  
praeses iura praescribebat.

Nobis igitur, non Pontificiis, hunc fructum parit uerus Pa-  
trum usus, et Historiae Ecclesiasticae recta notitia, ut Ecclesiae  
Veteris illibatae consensu nostram doctrinam rueamus, eiusque  
auctoritate omnes ritus ecclesiasticos et ceremonias nostras con-  
firmemus.

De templorum dedicandorum ritibus planum hoc fiet, si  
**CONSECRATIONIS MARTYRII** descriptio EUSEBIANA, iam com-  
mentario quadam illustranda, erit a nobis plenius et diligentius  
cognita.

„mate et fecerunt XII. crucis de intus „manibus altare S. Mariae, et fecit ar-  
„per circuitum istius Ecclesiae, deinde dere quinque grana incensi super il-  
„uenerunt ad pavimentum, ubi reliquiae „lam meniam, et praecepit Episcopo  
„B. Mariae, S. Iuliani et multorum „Concord. ut collocaret reliquias S.  
„aliorum sanctorum, et portauerunt „Iuliani cum aliis reliquiis in altare,  
„reliquias eam magna reverentia in „quod est foris, et consecrare illud in  
„supra dictam ecclesiam. Hoc facto „honore Iuliani, qui statim fecit pre-  
„Dominus Papa consecravit propriis „ceptum domini apostolici. Postea  
exiuit

cognita. Eo facto patebit simul, ceremonias eas, quae templorum dedicationibus postmodo ad sui coepiae sunt, esse inane et superstitiosas, nostrique ACADEMI CI TEMPLI DEDICATIONEM iisdem et consimilibus, quibus MARTYRII olim, ritibus absolui. Ita ergo EVSEBIUS de Vita Constant. M. Lib. IIII. cap. XLV, pag. 651. edit. READING. Cantabrig. et ex VALESI Ver.

Oἱ δὲ τῇ Θεῷ λειτουργοὶ, εὐ-  
χαῖς ἄμμα ποὺ διαιτήζον τὴν ἑορ-  
τὴν πατέρος μεν οἱ μὲν τῇ Θεοφι-  
λεῖς βασιλέως τὴν εἰς τὸν ἔλαν  
τωτῆρα δεξιωσθεῖντες, τάς  
τε περὶ τὸ μαρτύριον μεγαλεργίας  
διεξιούντες τῷ λόγῳ οἱ δὲ ταῖς  
ἀπὸ τῶν θελῶν δογμάτων πανηγυ-  
ρικᾶς Θεολογίας, πανδαισιαν λε-  
γοῦνται τρεφῶν, ταῖς πάντων πα-  
ρεδιδόντες αἵνεις. ἄλλοι δὲ ἐρμη-  
νεῖσι τῶν θελῶν ἀνεγνωσάσται  
ἐποιεύντο, τὰς ἀποσθήτες ἀποκε-  
λυπτούστε Γεωργίας οἱ δὲ μὴ δια-  
τέταν χωρεῖν οὐδὲ τε, θυσίαις αὐταῖ-

At Sacerdotes Dei partim pre-  
cationibus, partim sermonibus  
festinatatem ornabant. Alii si-  
quidem religiosi Imperatoris er-  
ga omnium seruatores comita-  
tem laudibus celebrabant, et  
Martyrii magnificentiam oratio-  
ne persequebantur. Alii sacris  
Theologiae dogmatibus ad praef-  
sentem celebritatem accommo-  
dati, spirituale quoddam epu-  
lum audientibus praecebant.  
Quidam sacrorum voluminum  
lectiones interpretabantur et ar-  
canos et mysticos sensus in lucem  
proferebant. Qui uero ad haec

1018

, exiuit D. P. P. et ascendit super per-  
, gulam, et praedicauit populo indul-  
, gentiam omnibus personis, quas ad  
, istam ecclesiā uenirent, hinc ad  
, XXXX. dies isto annū, et de suis ho-  
, nis huic loco dederint ex parte Dei  
, et Mariae Virg. Apostolor. Petri et

„Panlli et OO. SS. et Iuliani Martyris  
etc.“ Et in memoriam sui casulam,  
in qua celebrauerat, cum paramento  
sacerdotali obtulit.

g) Huius Basiliceae qualenkunque de-  
scriptionem ad Euſebium illuſtrandum  
in Progr. Paſchali nuper dedimus.  
B

xi DE MARTYRII DEDICATIONE

μοις καὶ μυστικοῖς λεγοντούσις τὸ  
Θεῖον ἡλάσκοντο, ὑπὲρ τῆς κοινῆς  
εἰρήνης, ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας τῷ  
Θεῷ, καὶ τῷ βασιλέως, τῷ τοῦ  
τῶν οἰτιών παλιδων τῷ αὐτῷ θεοφι-  
λῷ, μετενηγόρεις εὐχῶν τῷ Θεῷ προσ-  
καθέσοντες. ἔνθα δὲ καὶ ημεῖς  
τῶν υπὲρ ημῶν ἀγεωνὸν ἡζωμενοι,  
ποικιλας τοῖς εἰς τὸ κοινὸν δια-  
λέξεσι τὴν ἐօρτὴν ἐτειμῶμεν· τοτὲ  
μὲν διὸ γράμματος τῶν τῷ βασι-  
λεῖ πεφιλοκαλημένων τὰς ἐκφρά-  
σεις ἐμηνεύοντες· τοτὲ δὲ καιροῖς  
καὶ τοῖς προκειμένοις συμβόλαιοι  
τὰς προφητικὰς ποιέμενοι θεω-  
γλας ἔτω μὲν ἡ τῆς ἀφιερώσεως

adspirare non poterant, incruen-  
tis sacrificiis et mysticis immo-  
lationibus Deum placabant; pro  
pace communi, pro ecclesia Dei,  
pro Imperatore, tot bonorum  
auctore, et piissimis eius liberis,  
Deo supplices preces offerentes.  
Ibi nos quoque, quibus maiora  
quam pro meritis nostris bona  
contigerant, variis sermonibus  
publice habitis solemnitatem de-  
corauimus; nunc regalis fabri-  
cae decorē ac magnificentiam  
scriptis enarrant; nunc pro-  
pheticorum oraculorum sensus  
apte et accommodate ad prae-  
sentes figurās atque imagines in-  
terpretantes. Hoc modo dedi-  
εορτὴ

b) Christianos primos, ad formam  
constitutionis Synagoge Iudaicæ, sacra  
sua ordinarie, *Gratus*, *Seldeus*, *Mori-  
nus*, *Spencerus*, aliquę plures ostende-  
runt. Et convenientiam cultus Chri-  
stianorum publici cum Synagoge Iu-  
daica breuiter, et more suo, adūcere  
decouit b. *BAVMGARTENIVS* in li-  
bello a *Berramo Halis* ante hos duo  
annos edito *Erläuterung der christlichen  
Alterthümer* pag. 70. 71. Quod au-  
tem a dedicatione Synagogae Bery-  
tenis morem ecclesiæ christianas de-

dicandi arcessendum esse refert *ATHA-  
NASIVS* quidam, *de Piffione imag.* I.  
C. in *Beryto* T. 11. Opp. x edit. Parisi-  
an. 1627. p. 636. id credibile non est,  
quippe narratum ab homine Saeculi  
VIII. valde imperito illo, et imagi-  
num calendarum superstitioni dedito,  
eius foetum Athanasio altero indi-  
gnum recte iudicat *DVINIVS* *Nou-  
velle Bibliothèque des Anteors Ecclesiastiq-  
ues* Tome seconde p. 60.

i) In Epistola Synodali de rebus in  
Synodo Hierosolymiana an. 335. gesit,  
quae

έορτή, ἐν αὐτῇ βασιλέως τριηκονίῳ || cationis solemnia, ipsis Impera-  
ταῖς τηρεῖσθαι σὺν εὐφροσύναις ἐπε- || toris tricennalibus summa cum  
τελέσθω. || hilaritate celebrata sunt.

Ex his ab Eusebio commemoratis intelligitur, hanc Basilicae Hierosolymitanae iussu Constantini M. in ipsis eius Tricennalibus an. CCCXXXV. sollemniter peractam dedicationem, fuisse simplicissimam, factamque eum in modum, quemadmodum Synagogae Iudaicae, quarum formam in cultu Dei publico imitabantur christiana ecclesiae, dedicabantur.<sup>2)</sup>

Neque vero, non rursus dicas, eam splendidissimam fuisse frequentia tot Episcoporum, qui ex omnibus Orientis et vicinorum terrarum partibus ad hanc festinatatem conuenerant. Quorum ii, qui restituendi Aria caufsa Hierosolymis remanserunt, se ipsis scribunt afluissε πρὸς τὴν μεγάλην πανηγύριον, τῷ ἐπὶ τῷ ἀρι-  
εώτερον τῷ σταυρῷ μαρτυρίοις<sup>1)</sup> Porro aptissimum hic erat loci ad

B 2 cultum

quae ex ATHANASII *Apolog.* 2. Gr. et Lat. repetita habetur Tomo II. *Con- ciliar.* ex edit. *Colei* pag. 484. Fi- nita Martyrii dedicatione, caeterisque orthodoxis et cum Athanasio facientibus episcopis domum reverfis, Eu- sebiani, hanc Synodum agentes, A- rium ecclesias communis refituerunt, et Maximum Hierosolymitanum episcopum, qui Macario succederat, et purioris doctrinae singularisque in Athanasium voluntatis laude florebat, (vide *SOPHOMENVM Hisp. Eccl.* II. 25.

et THEODORETVM H. E. II. 26. in primis. MICH. LE QUIEN *Orientalis Christiani* Tom. III. pag. 157.) eo ad- egerunt, ut Athanasiu[m] damnationi sub- scriberet: quo facto, Eusebiani hanc Epistolam vulgarunt.

Interfuerunt autem consecrationi basilicae multi et magni nominis or- thodoxi episcopi, Alexander Thestalo- nicensis, Miles Périssidis episcopus, aliquique. Nec solum ex Phoenicia episcopi, acceptis in Synodo Tyria, ubi frequen-

## XII DE MARTYRII DEDICATIONE

cultum divinum publicum sollemniter deuouendi modus, ut et  
precibus instituendis, et concessionibus habendis quasi prima fieret  
illius occupatio.

Denique uides, maxime consentaneam esse talem consecratio-  
nem rationi ecclesiae Noui Testamenti, quae nullos typicos et  
mysticos

frequentes aderant, Constantini M. Iter-  
teris (vide Concilior. Coleri T. II. pag.  
450.) Hieroflymas contenduntur,  
sed etiam permuli alii, episcopalis di-  
ginitatis viri, ex omnibus fere amplissimi  
imperi Constanitini prouinciis ad  
celebrandam eius dedicationis festi-  
vitatem conuenierunt, ex Pannonia,  
Moesia, Bithynia, Thracia, Cilicia, Cap-  
padocia, Syria omni et Mesopotamia,  
Arabia, Aegyptio, Libya et Thebaide,  
sicut narrat EUSEBIUS de V. C. Lib.  
III. c. 44:

Atque in hos omnes liberalitatem  
summarum exercuit Imperator, missis  
ex palatio quibundam speciatae probita-  
tis uiris, qui sumtibus ab ipso datis,  
festinatatem illustringent. Quibus, qui  
praerat, Marianus, Notarius, omnia  
ex Constantini sententia perliberaliter  
exsequutus est. Episcoporum coetum  
excepti magnificentissimi epulis atque  
coniuuiis, pauperibus autem et fortuna  
depremis, pecuniam distribuit, eosque  
uictu pariter et amictu iuuit, ut EUSE-  
BIUS testatur de V. C. Lib. III. c. 44:

Hanc maximi Principi in clericos  
beneficiantiam, alias plurimas eius  
virtutes, quem aetatis nostrae homines,  
qui maxime intelligentes videri no-  
lunt, et liberalis doctrina laudem sibi  
arrogant, uehementer uituperent; lac-

tamus uidere nos, dum haec scribimus,  
peracute, grauiterque defensum. Con-  
stantinum a Vener. Templi dedicandi  
Aniſtione, WEICKHAMMO, Collega  
iunctissimo in Progr. quo Martyrii con-  
secrationem religiosae dedicacionis exem-  
plum proponit, pag. 22 et 33. de qua  
eleganti scriptio Academie profecto  
gratulamur.

Erat autem constans haec et perpet-  
ua Constantini consuetudo, ut magna  
cuicidiam festivitatis, in primis laetitia,  
paschalis celebratam aucturus,  
uniuersis gentibus et prouinciis *rever-  
tuenda* porrigeret, donaretque mu-  
nera opulentissima, et in dies ac pau-  
peres aequo largior munificus esset: de  
qua re commemini me nonnulla com-  
mentari ad Eusebium de V. C. I. 4.  
c. 22. in diff. de Conf. M. Religione Pa-  
schali p. 21.

Iam ab his in Martyrii dedicatione  
praebitis epulis, sunt, qui putent ino-  
lenissi morem in ecclesiarum dedicatio-  
nibus agendi coniuia, quae initio aga-  
parum nomine vocata, Saecl. V. in uili  
uuisse, constat ex SIDONII APOLLIN.  
L. I. 7. epiftol. Ea Saecl. VI. Grego-  
rius M. adeo necessaria credidit, ut dedi-  
caturus ecclesiam, litteris ad Petrum  
Subdiaconum datis, Opp. edit. Bene-  
dictin. T. II. p. 548 praecipere, *ad ce-  
lebrandam*

mysticos ritus, quos ex Iudaismo sequior actas male reuocauit, multo minus illas inanes et superstitiones Gentilium ceremonias admittit. ') Nihil enim aliud ab ullo eorum episcoporum omnium, qui huic dedicationi praefentes interfuerunt, actum est, quam id, quod diximus, ut et eucharistiam exercerent, et precibus

*lebrandam dedicationem pauperibus dannum esse in auro solidos X. nisi amphoras XXX, annone modis CC., olei orcas duas, berbicos XII. gallinas C.* Inde postmodo dedicationis vocabulum in malam tractum est partem ac pro commissione publica sumptum, adnotantibus id *Monachis Benedictinis* in aucto iporum opera *Glossario Cangiano voc. Dedicatio*. Ceterum vide quae de multiplici Christianorum agape doceat praeclare *ARINGHIVS Romae Subterr. L. VI. c. 27. et BARONIVS Annual. eccl. ad an. 57. u. 142.*

k) Debeat enim templo consecrationis ritu sanctitas quadam et *inviolabilitas* tribui; easque omnibus palam fieri seu denuntiari. Nec vero debebat haec sanctitas esse talis, qualiter Iudei templo Hierosolymitano, Gentiles fanis, et ecclesiae Romane addidit suis basilicis et capellis tribuant. Sanctis igitur ad eam rem erat sollemniter institutus cultus. *Oci publicus*, cui aedes definita erat. u. IVST. HENN. BOHEMERI diss. de *Sanctitate Ecclesiarum et BENED. PICETEVUM diss. sur les Temples chap. 9. p. 135.*

l) Spiritualis cultus in ecclesia Christiana purus, nullam aliam fert rationem templorum confundendorum, nisi

Iane, ut instituto sollemni exercitis publico cultus divini, eorum definitio significetur. Ceremonias craefas, nimis corporeae minus decent homines Christianos, rudimentis his non indigentes. Quare nec tabernaculi Molosici eiusque suppelletilis per oleum sacrum consecratio, speciali Dei iussu tum praescripta, nec templorum Salomonici et Zorobabelici dedicationis ceremoniae sunt imitandae, nisi velis cultum spirituale euangelicum, in crastum Iudaicum, commutare. Vide *CENTVR. MAGDEB.* Cent. IV. c. 6. et *CASP. ZIEGLERVM ad Lancolorum l. 2. c. 8.* Qui nouissime de templis in aula Galliarum regis eleganter ferens *BALLETVS Abbas Histoire des Temples des Payens, des Juifs et des Chretiens, dedice a la Reine a Paris 1760. chap. VII. de la Dedicace des Eglises p. 328.* dum multus in ea est, ut adorationem in spiritu et veritate confitere posse cum Iudeis ritibus ad dedicandam ecclesiam possimmo revocatis, inanes nugas egit. Scribit enim: „L'Eglise élevée sur les ruines de la Synagogue, et toujours assise du Saint-Esprit, s'est crue obligée de pratiquer, pour ses temples, la cérémonie de la Dedicace, qui, comme nous venons de le prouver, est très ancienne, et d'institution Divine. Mais dira-t-on,

bus Deo supplicant, et interpretanda Scriptura Sacra populum docerent.

Nulla eius sit mentio, qui tanquam hierophanta <sup>m)</sup> praieuerit in consecrandi ritu: nusquam reperitur praecipuas tenuisse partes illas episcopus ecclesiae Hierosolymitanae Maximus, qui Macario successerat, ei, qui Constantini litteris mandatam sibi curam exstruendi templi agens, <sup>n)</sup> illo nondum perfecto mortuus est. Satis haec sunt indicio, factum esse nihil, quod primicerio et pontifice indiquerit, <sup>o)</sup> et in quo non quibus ceterorum episcoporum aequalem partem sibi vindicare potuerit.

Quodsi

la Dedicace et les autres cérémonies étoient à propos, dans l'ancienne Loi: il s'agissoit de toucher un peuple grossier, qui n'étoit guères sensible qu'à ce qui frappoit ses sens: mais il n'en pas ainsi sous la Loi de l'Evangile: notre culte doit être intérieur. N'est ce pas, en effet, ce que Iesu-Christ a voulu nous enseigner quand il a dit à la Samaritaine: Le tems est venu, ou les vrais adorateurs adoreront le Père en esprit et en vérité? Cette objection, toute specieuse qu'elle est, est très facile à refouler: j'espere que l'on en conviendra aisement. A qui notre divin Sauveur parloit il alors? Il parloit à une Samaritaine, c'est à dire, à une femme élevée dans une Religion grossière, qui étoit un mélange de judaïsme, et de superstitions Payennes — Toute la question, que cette femme de Samarie propoloit au Saver, confissoit donc à l'avoir quel étoit le vrai culte, et dans quel Temple on devoit le rendre, si c'étoit à Ierusalem, ou sur la mont-

tagne de Garism. — Or Iesu-Christ, pour décider la question de cette femme, qui disputoit sur la Religion, lui répondit: L'heure est venue que les vrais adorateurs adorerent le Père celeste, en esprit et en vérité: on n'adore plus, ni à Ierusalem, ni sur cette montagne. C'est à dire, le culte des Juifs est rejetté, parce qu'il est charnel et grossier, et que l'esprit va être substitué à la lettre. Le culte des Samaritaines est aussi abol, parce qu'il est rempli d'erreurs et de mensonges, et que Dieu est la vérité. Voilà le vrai sens des paroles du Sauveur à la Samaritaine. On ne peut donc pas en tirer une juste conséquence contre le culte extérieur et les cérémonies, que l'Eglise a instituées. C'est de son Divin Epoux lui même, qu'elle a appris à exprimer, par des signes extérieurs, le sentiments du cœur, le respect, et la reconnaissance.<sup>“</sup>

<sup>m)</sup> Ita EVSEBIUS l. IV. de V. C.

c. 22.

Quodsi cuiquam Episcopo in hac orationum et precum panygyri eminentia ulla esset adscribenda, certe adscribenda foret Eusebio Caesariensi, et quod primae sedis in Palaestina episcopus erat, <sup>r)</sup> et quod plurimos in tota ista sollemnitate suscepit labores. Nam πομπαῖς τοῖς εἰς τὸ κονκύ διαλέξεσι festivitatem auxit, modo basilicas recens exstructae magnificentiam oratione laudando, modo textus biblicos et propheticos eos pro concione interpretando, in quibus puraret se basilicae figuras et imagines reperisse. <sup>s)</sup> Tacemus illud, quod idem postea, qualis esset forma basilicae, quanta operis uenustas et elegancia, quot denique do-

naria

c. 22. referens, Constantinum, ipsis in palchaliibus uigilis collecto aulicorum in palatio grege, preces praeuiisse, hierophantae munere illum tum esse functionem scribit. Vide in eum locum diff. meam an. 1758. P. P. p. 15.

<sup>n)</sup> Litteras Constantini ad Macarium de Martyrio exstruendo, habes apud EUSEBIUM de V. C. L. III. capp. 29. 30. 32. Plura de Macario tradunt S. ZOMENVS H. E. l. 2 c. 25. et THEODORETUS II. 26. Confer omnino MICH. LE QVIEN Orient. Chrift. T. III. pag. 155.

<sup>o)</sup> Episcopi in quilibet dioecesi antiquitus habebant potestatem tempa conferandi, adeo ut ordinaria Martyrii dedicatio perganda fuisset a Maximo Aelio episcopo. Sed episcopos non solos, uerum presbyteris collegis, hanc potestatem habuisse, ostendit DAV. BLONDELLVS ad Hier. de Episc. et Presbyt. p. 265. Is de basilicarum con-

secrationibus differens, episcopos, qui ad Martyrii dedicationem conuenienter, ab bozernorum rituum minutiis alienissima exercitia habuisse ait pag. 271.

<sup>p)</sup> Sequebatur enim dignitas episcopalis ordinem ciuilium urbium imperii Romani; et quia tum Palaestinae metropolis Caesarea erat, eius episcopus primum inter episcopos Palaestinos locum tenebat, quippe nondum collata in Aeliensem patriarchae Hierosolymitanii dignitate, quam Cyrus deum obtinuit in altero concilio oecumenico, quod in Constantinopolitana urbe an. 381. habitum constarat.

<sup>q)</sup> Niumum eum fuisse in trahendo sensu uerborum, que Vates diuini habent, ad res praefentes, illud fatis argui quod L. III. de Vita Conf. c. 33. hanc basilicam ait nouam esse Hierusalem ilam, quea promissa in sacris libris a fidelibus exspectata sit.

<sup>r)</sup> de

XVI DE MARTYRII DEDICATIONE

naria ex auro, argento, gemmisque, peculiari scripto exsequutus est, quod Imperatori nuncupatum, iniuria temporis perii.<sup>1)</sup>

Sed precum, et laudationis, et gratiarum actionis studium idem fuit reliquis et episcopis et presbyteris, qui ad celebrandam basilicae dedicationem Hierosolymas a Constantino euocati erant. Nam alii panegyricis<sup>2)</sup> orationibus habendis, alii solennibus precum carminibus canendis<sup>3)</sup> officium fecere. Ora-  
tores alii, laudibus praedicarunt, mox de ambo, mox de gradibus altaris, τῇ θεοφίᾳ& βασιλέως τὴν εἰς τὸν ὄλαν σωτῆρος δεξιῶσιν, alii commemorarunt Martyrii τὰς μεγαλεγγίας. Qui concionandi facultate in primis ualebant, doctrinae sanctioris locos, ad illorum dierum festiuitatem accommodatos, ita interpretati sunt,

1) de vita Conf. L. III. c. 46.

recenset BLONDELLVS *Apolog. de Presb.* pag. 272 et 273.

2) Dedicationis festiuitas fere cum sermone quadam panegyrico inchoabatur: deinde ut EUSEBIUS scribit, *Hist. Eccl.* I., X. c. 3. notium speculum erae videre dedicationum festiuitates per singulas urbes, quae frequenter episcoporum Synodo plerumque reddebantur uenerabiliores. Post Martyrii dedicationem splendidissimam dicentes eam, qua templum in Antiochenia urbe, *Dominicum Aureum* appellatum, iussu Constantini Imp. an. 341. Marcellino et Proximo Cosi consecratum est, ad quam nonaginta episcopi conuenierant. vide *SOCRATEM H. E. II. 7.* Eam deinceps sollemniores alias passim in sequuntur sunt, amplissimo episcoporum conuentu celebatae dedicaciones, quarum haud paucas

Continebat autem eiusmodi panegyricus sermo praecepit gratiarum actionem ad Deum, et excurrebat nonnquam in laudes fundatoris, et gloriam praedicabat aedis recens extirpatae. Talis est Panegyricus in dedicatione templi Tyrii Paulino dictus ab EUSEBIO, et insertus eius *Hist. Eccl.* L. X. c. 4. Habetur similis apud GAVENTIVM Serme. XVII. die dedicationis basilicae XXXXX Martyrum dictus. In hac de qua loquimur Martyrii dedicatione sermones panegyrici habiti sum complures, et si omnes Constantini pietatem laudibus extulerunt,

2) Videntur enim preces nonnullae pro

DE MARTYRII DEDICATIONE XVII

sunt, ut auditoribus suis παρδοσίων λογικῶν τροφῶν, spirituale quod-dam epulum praebuisse dicerentur. Nec defuerunt ex eorum numero, qui pericopas quasdam librorum, ut plerique tum ecclesiae doctores consueverant, mysticis et longe arcessitis interpretationibus, exponerent, earumque abditos recessus indagarent.

Quibus autem eloquentiae minor exercitatio erat, ii precibus sollemnioribus vacabant, quas, usitato Patrum stilo, EUSEBIUS vocat θυσίας ἀνέψιους καὶ μυστικὰς λεγεγής, inculta sacrificia et mysticas immolationes<sup>1)</sup>) indicans ab his recitatum fuisse publicum illud et solleme precatiois carmen, quod in veteri ecclesia officio eucharistico praemittere ad altare receptum erat, quo pro im-

peratori-

pro ecclesia tum dedicata sic tanquam *Collectas* solent, recitatae fuisse: cuiusmodi legitur formula apud AMBRO-SIVM Horat. ad Virginis. edit. Paris. an. 1642. T. 4. pag. 444. „Te nunc „Domine precor, ut supra hanc do- „,mum tuam, supra haec altaria, que „hodie dedicantur, supra hos lapides „spirituales quibus sensibile tibi in fin- „,gulis templum sacratum quotidianus „,praeful intendas, orationesque seruo- „,rum tuorum, quae in hoc loco sun- „,duntur diuina tua suscipias misericor- „,dia. Fiat tibi in odore sacraficationis omne sacrificium, quod in hoc „,templo fide integra, pia fidulitate of- „,ferrur. Et quam ad illam respicias „,hoffiam salutarem, per quam pecca- „,tum huius mundi aboletur, respicias „,etiam ad has piae hostias castitatis et „,diuturno eas tuearis auxilio, ut hanc

,tibi in odorem suavitatis hostiae ac- „,ceprabiles et cetera.“

„2) His nominibus appellant veteris ecclesiae doctores, non sacrificium misericordium, sed omnino preces publicas, et sigillatim eas, quae in Missa Fidelium ad altare fiebant, ut ostendenda ex Augustino sacrificii et sacramenti differentia praedclare docuit in Examine Conc. Trident. pag. 487. (ex edit. Io- hannis) MARTINVS CHEMNITIVS: qui unus Historiae Ecclesiastice opinibus plus cladis Pontificis intulit, quam sexcenti alii disputationibus, quamlibet acutis et subtilibus. Idem fecit GERVH. TITIVS libro de Phrasiliis sive locu- niis; uer. ecd. Doctorum quibus pro fun- condis nouitatibus suis Romanae ecclesiae doctores abutuntur: ubi cap. XLIII. pag. 156. uocis sacrificii usum apud antiquos Patres diligenter exposuit. EUSE-

C

BIVM



XVIII DE MARTYRII DEDICATIONE

peratoribus, pro ecclesia, pro statu saeculi, pro pace ac rerum quiete ardentissime comprecabantur.<sup>\*)</sup> Nam dum **EUSEBIUS** per partes eundo, enumerat, pro quibus rebus quibusque hominibus preces fecissent, ipsum argumentum recenset nobis

**SIVM** sigillatum non Eucharistiae celeb rationem intelligere c. **PERONUM** ostendit **EDMUND ALBERTINVS de Eucharistia** l. 2. p. 390.

<sup>\*\*) Cum his precibus argumento plane conuenient eae, quarum **TIBERIUS** **TYLIANVS** Apologet c. 39. mentionem facit. **Oranus**, inquit, pro imperatoribus, pro ministris eorum, ac potestatibus Saeculi, pro rerum quiete, proxima fini.</sup>

Item conuenient eae preces cum iis, quas in veteri ecclesia in Missa fideliolum oblationi praemittebant, in quibus orabant pro regibus et omnibus sublimate positis, utilorum praesidio defensi, tranquillam vitam agere possent in pietate et castitate. Deinde gratias agebant pro beneficiis, quae hominibus quotidie contingunt, sive laeti siue tristibus. Erant eiusmodi preces paulo longiores. Exemplum eorum habes in **CONSTITUTA** **APOSTOL.** l. VIII. c. 9. et siebant **ziz zorponios**, per exclamaciones solitas. Egit de his precibus praeclarer, et quae haber Auctor Constitutus Apostolic, cum iis, quae apud Chrysostomum leguntur, studiose consultus **BINGHAMVS Orig.** **Ecc.** Lib. XV. c. 1.

Eas preces, puro, quandam habere similitudinem cum iis, quae in nostri coetus ecclesiis, finita oratione sacra, de ambo praeleguntur. Quae quam eo tempore maxime recitentur,

quo ad eucharistiam celebrandam sacra symbola in altari exposita sunt, ad officium eucharisticum eas referri posse, sive ad eas preces, quas iesus ecclesie in Missa Fidelium ad altare fecit, docui in diff. **Sacerdote Latina lingua** ad altare canuillane an. 1761. P. P. p. 14.

<sup>\*\*) Nam in antiqua ecclesia tempora semper dedicata fuisse Deo, non Martyribus aut Sanctis, sicut horum er Apostolorum nominibus distincte fuerint, memoriae illorum colendas causa, partim ex **AVGVSTINI** disputacione, Spiritus Sancti diuinitatem aduersus Arianum quandam hinc defendentis, quod illi tempora dedicarentur, quae creaturae dedicare nefas esset, partim ex aliis veterum monumentis probe ostendit **BINGHAMVS Orig.** L. VIII. c. 9. Sequiori autem aetate, quam aucto Sanctorum demortuorum numero, etiam tempora in eorum honorem exstruxa nimio numerio crescent, a stolidis hominibus creditum fuit, cuius Apostoli vel Sancti nomine templum quodque appellaretur, eum non tantum illi praefidere, sed etiam ipsum dedicationis eius ceremoniam, iis ritibus, qui tum superstitione recepti erant, aliquando peregrinasse.</sup>

Qui varias ecclesias ab ipso Seruatore atque ab Apostolis conferatas prode-

bis precum publicarum, quae in *Missa Fidelium ad altare fieri solebant.*

His igitur incruentis sacrificiis et mysticis immolationibus peractis, hoc est ardenterissimarum precum carminibus Deo, in cu<sup>t</sup>a

C 2

eius

prodebat, ii narrabant, factum id esse noctu et spectatore nullo. Ea res illis temporibus vulgo credita et in literas est relata. Constat Aputios plane fibi periusus habuisse, M I C H A E L M A R C H A N G E L U M ecclesiam, suo nomini in monte Gargano exstylum, ipsum consecrare, ut qui Laurentio S. pontino cuidam adspersis, dicerit: non esse hominis ecclesiam, quam suo nomine dicant, consecrare, sed semetipsum adueniu rei fidem altari suorum pedum planuarum nostriga, mormoreo lapidi impressa, et ante Oratorium ianuam imaginem lapideam sculptam, qua postea pingeretur. Praecclare hac de re, qui huius ipsum Angelorum Principis Legendum exhibet Illustris H A E D E R L I N V S, Patronus et amicus noster maxime colendus, in diss. qua Selecta de Michaeli Archangelo Helmst. 1758. P. P.

Idem prodidere Angli de Ecclesia Gloucestrensis, et de aede monasterii Westmonasteriensis, iussu Pontificis Romanii D. Petro dicata, quam Petrus Apostolus ipse ferrur dedicasse: quam fabulam ex Scriptoribus domesticis Sacra, XI. deponit, copiose narrat, D A V E L O N D E L L V S Apolog. Hier. de Presbyt. p. 283 et 284. Nocte enim dedicationem ab episcopo peragendam au-

tecedente, venisse Petrum Apost. ad pescatorem quendam in Thamei fluvio haerentem, et transfectum ad ripam a pescatore piscium, hominum pescatorem ingressum fuisse aedem nouam, quae subito praefulgente luce expلنuerit, atque melodia caelesti resonans suauem odorem sparferit: reuerteente Petrum, dixisse ad pescatorem: Ego sum Petrus, qui cum meis concubis conserutam in meo nomine basilicam dedicavi, episcopalemque benedictionem meac sanctificationis auctoritate praen. Dic ergo Pontifici, super sedes dedicati, quae omnis missus supplex, dominici fidicet corporis et saugani mysteria, poplanguit sermone crudens et confirmans benedictione, et no[n]ficit omnibus me hunc locum crebro nisiaturum. Eadem ex Rich. Sporley refert V. G. S I B E R V S Tr. de Dedicar. Templor. p. 19. haec addens. „Post ferit illa pro iucundo somnio accipi, nisi addidisset Sporleyus, pontificem referatis ualuis basilicae vidisse paulum mentum uniusquis alphabeti inscripsione signatum, paritem duodecim locis sanctificatis oleo litorum, tot ceterorum reliquias duodenis crucibus inhaerere: haec enim talia sunt, ut non nisi insanus videat, ea ab apostolico instituto non profluxisse.“

2) Fuit

XX DE MARTYRII DEDICATIONE

eius publico dictis et praeter ea orationibus in laudem tum Dei, tum Imperatoris, tum ipsius basilicae habitis, amplissima Episcoporum concio, Aeliam a Constantino M. euocata, MARTYRIVM Deo \*) et mortis Victorii Christo, dedicauit. \*)

Nihil hic narrat EVSEBIUS de Martyrum et sanctorum hominum exuuiis dedicando templo illatis: nihil de hierophanta ullo ceremonias praeiente, qui aqua lustrali cuncta adsperserit, parietes sacris crucibus notaauerit, christis et oleo inungens altaria *antiquiora* fecerit, ostium templi cambuta pulsarit, XXIIII. litterarum picturas paumento templi magicum prorsus in morem, inscriperit, aliasque minutias, et nefcio quas, imagunculas per quam grauiter sectatus fuerit: quae res omnes tem-  
plum,

\*) Fuit haec Martyrii dedicatio prima omnium sollemnitatum, quae Saeculo I. Constantiniano inter Christianos cooperunt. Licet enim templi Tyrii, cui Paulinus praerat, consecratio anteversa sit, quippe an. CCCXV. facta, *adversus in nubes tunc prosequitur* vide EVSEBIVM H. E. I. X. c. 3. eam tamen haud ita nobilitatibus, neque confuentum ad eam episcoporum numerus, neque Constantini munificencia.

Sunt quidem ex ecclesiae Romanae scriptoribus haud pauci, qui sollemnem Christianorum tempora consecrandi ritum ab ipsis apostolis acceptum, adeoque antiquissimum esse contendant. Breuitatis causa unum tantum IOA. STEPHAN. DVRACTVM allegasse sufficerit qui Lib. de Rit. Eccl. Casab. I. 24. princ. eius rei testes

laudat Clementem Rom. Evaristum, Hyginum, Actorum S. Caeciliæ scriptorem. Sed praterquam quod BLODELLVS in *Pseudo Iyodoro et Tarriano* upulante, adultere esse horum et simeum testium scripta offendit: etiam illud profecto rei falsitatem satis arguere potest, quod Christiani prima aetate nondum ulla tempora habuerunt, immo ipsum templorum nomen uehementer sunt auctorati.

Ex quo autem Christiani habere tempia, et ea paullatim ritibus adhibitis consecrare cooperunt: mox ceremoniarum magistrorum dedicationis origines a templi Hieropolymitani arque altius etiam, a Tabernaculi Mosisi consecratione repetere studuerunt. Quid, quod IO. ECK in *Homiliis suis* templorum dedicandorum ritum non dubitat a sca-  
la

plum, ab humano dominio exemptum, interna quadam sanctitate augerent.

Omnia haec Patribus in Aelia congregatis ignota, et postremorum saeculorum caligine oppressis omnium animis, fuerunt excoxitata. Nam ex quo templorum consecratio, quae initio ad episcopum eum, in cuius illa dioecesi essent, pertinebar, a nutu et arbitrio eorum pendere coepit, qui episcoporum se primos feabant: hi repudiata uera et simplici ratione dedicationis,<sup>a)</sup> quae nihil aliud erat, nisi rei facienda auspicatio et primum initium, ad ceremonias conuersi sunt indignas Christianorum statu<sup>b)</sup> nec illis contenti, Gentilium quoque ritus adscierunt. De Martyrum et S. S. reliquiis in templo, quae consecrarentur, inferendis, tanquam lex<sup>c)</sup> primum Saec. VI. data est: accessit eodem tem-

C 3

pore

Ia Iacobi repeteret? Sed conueniens hoc erat, quibus scripsit, temporibus: at quod recentissimus et elegantissimus de Templis scriptor BALLETVS idem facit in libro ante laudato p.323. id me in stuporem coniecit. Scribit: Le lieu où Iacob s'endormit, et ou il fut honoré d'une vision celeste, ne fut il pas regardé par ce saint Patriarche comme un Temple? Non fit-il, à son reveil, une Dédicace, où il employa des cérémonies, qui figuraient celles que l'Eglise devoit employer, dans la suite, pour la même solemnité? — On voit clairement, dans ce trait de l'Histoire sainte, la Dédicace d'un lieu sanctifié par la présence et les miséricordes du Seigneur.

a) *Dedicare* idem esse antiquis ecclesiae doctribus atque *auspicari* h. e. ini-

tium facere, planum est ex CYPRIANI Epist. XXXVIII. ubi *Lectionem dedicare*, notat hoc, munus Lectoris auspicari. Fuit autem Gelasius I. P. R. qui sub finem Saec. V. dedicandarum basilicarum ius peculiaribus decretis in suam sedem transfluit, uetans, ne quis *absque praecetto apostolico factas ecclesiastis vel orationia sacrare prasumeret*. GRATIAN. de Confessor. dist. 5. c. it. Dist. c. Basil.

b) *Defendi* non possunt exemplis 1 Reg. VIII. Ps. XXX. Nhem. XI. 27. ut quorum auctoritas non amplius ualere apud Christianos debet, futuram ecclieas horum rationem adumbrantium.

c) *Sollicitus* ea in re potissimum fuit GREGORIVS M. ne qua ecclesia sine reliquiis et sanctuarii dedicaretur. Ita Epist.

XXII DE MARTYRII DEDICATIONE

pore usus aquae lustralis quam benedictam vocant, auctore Gregorio M. P. R. qui miram illi uim ad expellendos e Gentilium fannis daemonas, opinione falsa et ridicula tribuebat.<sup>a)</sup>

Libelli ii, qui **ORDO ROMANVS**<sup>c)</sup> et **SACRAMENTARIUM GREGORII M.**<sup>f)</sup> adpellantur, continent praescriptions, quae si non sexti at septimi Saeculi ritus consecrationis templorum in occidentis Latina ecclesia produnt, et Sanctuariorum pariter atque aquae benedictae usum docent. Quod si rituales Graecorum libros

**Epiſt. 45. Lib. VI.** Leontio episcopo Ariminensi praecepit basilicam Stephani Martyris, incendio concrematam, et nuper restauratam dedicari et reliquiarum sanctuaria b. Stephani in ea collocari. **Lib. VI. Epiſt. 49.** mittit liberaliter ad Palladium in Gallia episcopum reliquias ad dedicationem altaris in basilica, quam is struxerat. Eadem praecepit episcopo Spoleto Lib. IX. Epiſt. 71. 72. 83.

d) **Quod OPTATVS MILEVIT.** Saec. IV. in Donatistis detestatus erat aquae salis iuuentum, cuius item usum orthodoxi Aegyptii daminarant, reprehendo Timotheo Aeluso, quod aqua marina uenerabila sunt que altaria dedicanda diluifit: id Gregorius M. P. R. superadendum dedicationi templorum putauit, scribens apud Bedam *Hist. Eccl. Angl. I. I. c. 30.* et **Lib. 9. Epiſt. 71.** Dicte Augustino, quod fana idolorum destrui in eadem gente minime debeant, sed ipsa quae in eis sunt idola destruantur. **Aqua benedicta fuit,** in eisdem fanis adspurgatur, altaria conſtruuntur, reliquiae componantur, quia si fana eadem bene inferuata sunt, necesse est, ut a culiu dace-

monum in obsequio'neri Dei debant comutari. Ab eo tempore aqua benedicta miram uitam habere credita, coepit adhiberi non in facie tantum ceremoniis, sed et rebus aliis, quandoquidem Stephanus VI. P. R. remedium contra locustas eam statuit. Ex sozom. H. E. VI. 6. constat gentilem esse ritum, quod etiam Baierus, Heben treierius, Siberus pec. diff. ostendere.

e) **Ordo Romanus,** in *Scriptorum de divinis catolicis ecclesiæ officiis Collectione Historiana* primus est, ubi *Ordinem ad dedicandam ecclesiam*, illum fastis longum habes pag. 129 et seqq. Neque tamen pidgebit simul adhibuisse Tom. 2. *Musei Italici a MABILLONIO curati.*

f) **Ordo ad eccl. fiam dedicandam** habetur in libro *Sacramentorum Gregorii ex edit. HVG. MENARDI Par. 1642.* pag. 147, ubi p. 188. Menardi in eom. Notae.

g) **Officium in dedicatione templi** apud Graecos recentiores habes in *Euchologio Gr. Par. edit. a p. 832 ad 854.*

bros a IAC. GOARO<sup>8)</sup> conservatos evolueris, deprehendens, etiam orientales Graecos tum in reliquiarum ad aedes sacras dedicandas adhibitarum, tum in benedictionum cum oleo sacro abusu, parum a Latinis abire, uel potius egregie cum illis consipare.

Hodiernorum Graecorum, qui mos sit, eorum dico, qui Turcarum imperio subiecti non sunt, (nam qui ei subiecti sunt, hi nullam fere dedicandorum templorum facultatem habent,) ex monumentis a GOARO exhibitis, narrat IO. MICH. HEINECCIVS<sup>9)</sup>.

## Ritum

*b) In der Abbildung der alten und neuen Griechischen Kirche Part. III. pag. 137 et seqq. Adscribamus initium narrationis, ut is ex Goaro excerptus. Ita nero ille. Des Tages vorher begiebt sich einer von den Bischoflichen Officialeis in die Kirche und lässt von den Steinmerzen den Altar ganz fertig machen, und die Platte auf die Seiten heben. Diesen folge der Bischoff selbst, und bringe drey Stücke von Reliquien mit sich, welche in den Altar sollen gelegt werden. Dieselben legt er in eine längliche Büchse, welche auf den Teller gesetzet, und mit dem Stern, und dem Tuch, so man bey der Messe zu brauchen pfleget, bedeckt und in eine nabdegene Kirche gebragen wird. Den Tag da die Einweihung gegeben soll, begiebt sich obgedachter Official in aller Frühe wieder in die Kirche, und laesst alles zubereiten, was zur Einweihung nörlig ist, nemlich zwo leinene Decken, drey Handquelen, drey Gürzel, einen Teppich, ein Kissen, einen pappieren und pergamentenen Zedel, eine Partbie Bindfaden, ferner Maflix, Wachs, gestoßenen Marmor, Aloe, Myrron, Weybrauch, Gummi und wohrlie-*

*cbend Rohr, welches alles in ein Gefasse zusammen eingeschüttet wird, endlich einen Toff, einen Trichter, vier Schraenme, ein Tuch etwas abzurocken, eine Lampe und Leuchter mit einem Gueridon, zwey raeumliche Gefasse, das eine mit Wein, das andere mit heiliger Salbe angefüllt. Wenn dieses alles zugegen ist, so laesst er das Wachs mit den vierigen Stricken schmelzen, bis ein Kithdar aus wird, und alle Meuheln aus der Kirche tragen. Sobald nun der Bischoff anlanger, wird die Altar-Platte abgebogen und an eine Wand gelebner, das Volk aus der Kirche geschaffet, und die Thüre verschlossen. Inzwischen kleider sich der Bischoff in seinen bischöflichen Kreben-Habit, dergleichen auch die übrigen Geistlichen ihun. Worin aber merkwürdig ist, daß der Bischoff noch um den ordentlichen Habit ein leinen Tuch umblut, welches sonst bis auf die Füsse haenger, mit beyden Enden aber über die Achseln geschlagen und über den Rücken zusammen gehunden wird, ingleichen um beyde Armen Handquelen wickelt, die mit Binden fest gemacht werden. In diesem Ornament geben sie zum Altar, legen das Pek-*

*gamentum*

XXIV DE MARTYRII DEDICATIONE

Ritum illi praecipuum in eo ponunt, ut Reliquiae condantur, et altare inungatur. Nam Episcopus templum dedicaturus, Reliquias ternas in disco expositas capite gestans, defert in locum seruandis ipsi destinatum.<sup>1)</sup>

Idem, ubi christmate inunctum altare consecravit, pannus humi sternitur, et circumvoluit altari membrana, cuius post ea scissae particulis acceptis utuntur sacerdotes ad efficiendas in Ora toriis mensas altarium uicarias, quae dicuntur *avtiquivox*<sup>2)</sup> quibus comparari possunt, quae in Ecclesia Latina visitata sunt *altaria portatilia*.<sup>3)</sup> Nam ita Graecis persuasum est, si altaria non sint consecrata, modo *avtiquivox* praesto sint, licitum esse sacerdotibus eo in loco sacra celebrare.<sup>4)</sup>

Hos

gamenta doppelt auf die Seulen, und befestigen dasselbe mit Riemen, welches alles in Form eines Kreuzes geschenben muss. Auf das Pergament streuen sie gestoßnen Marmor, und gießen den heißen Kub darüber her. Inzwischen verrichtet der Bischof ein Gebet zum Herrn Christo, daß er ihn und seine Clerisy geschickt machen wolle, die Einweihung dieses Tempels, welcher den Namen der Heiligen N. führen sollte, würdiglich zu verrichten. Darauf folger er nebst seinen Priestern die Altar-Platte, leget dieselbe auf die Seulen und singet unterdessen den 145 Psalm. Nach diesem folget das Gloria, und der Bischof beschließt mit den Worten: Gebenedejet sey unser Gott allezeit irz und immerdar und in Ewigkeit Amen! Wo bey er auch zugleich die Platte mit den Haenden fest auf die Seulen drücket. Wenn nun auf diese Art der Altar angerichtet ist, wird das Küfzen vor die bei lige Thüre in Chor niedergeleget, und

nachdem der Archi-Diaconus gerufen: Beuget eure Knie! Kniet der Bischof auf das Küfzen, und verrichtet ein langes Ge bet zu Gott: daß, wie er Moß und Salomon bey Erbauung der Steinhütte und des Tempels gnädig gewesen, er also auch se wegen ihrer Sünde nicht verschmacken u. s. f. Hierauf spricht der Diaconus stehend die Collecte und bittet um den himmlischen Frieden und das Heyl der Seelen um den Frieden der ganzen Welt und den Wohlstand und die Eintracht aller Kirchen, von dem Erzbischof und seine Clerisy, vor die neue Kirche und Altar, vor die Obrigkeit und das Volk, vor die Stadt und das ganze Land, und endlich um Abwendung alles Unfalls. Wo bey allezeit das Volk antwortet: Herr erbarme dich! Zum Beschuß ruft der Dia conus mit lauter Stimme: Denn du unfer Gott bist heilig und rubest in den heiligen und ehrwürdigen Macryern cer. cer.

i) GVIL.

Hos ritus non modo eosdem fere sequitur Occidentis ecclesia Romana, sed etiam adauger compluribus aliis ceremoniis: ita ut baptismi quandam imaginem tota Dedicatio referre videatur. Sane uim ac potestatem Symbolicam et moralem his ceremoniis attribuere student, qui de ritibus ecclesiae Romanae exposuerunt, **GVIL. DVRANDVS**<sup>n)</sup> **I. B. CASALIVS**<sup>o)</sup> **EDMVNDVS MARENEP**<sup>p)</sup> **IOH. STEPH. DVRANTVS**<sup>q)</sup> **BARTHOL. GAVANTVS**<sup>r)</sup> neque ipse adeo **BALLETVS**<sup>s)</sup> huiusmodi explications Morales neglexit. Iuuat **ex BELLARMINO**<sup>t)</sup> rituum illorum descriptionem hic subiucere: *Si consecratur templum per Episcopum, omnes efficiuntur, solo Diacono in templo remanente. Recluso eo, Episcopus cum clero ante fores ecclesiae aquam benedit: interim intrinsecus ar-*  
dent

<sup>i)</sup> **GVIL. BEVEREGIVS** in Notis a Can. Concil. Nicaeni II. Tomo altero Pandect. p. 166.

<sup>k)</sup> **I. A. SCHMIDIVS** in diff. de Altaribus portarib[us] Helmst. P. P. probe Graecorum Antiquitate illustravit, ubi consecrationis eorum ritus non tantum, sed ipsum officium in ea usitatum Gr. et Lat. exhibet.

<sup>l)</sup> Explicat uocis potestatem **BALSAMON** ad Can. VII. Conc. Nic. 2. et can. XXXI. Conc. Trull.

<sup>m)</sup> **BEVEREGIVS** l. l. Eucholog. Gr. p. 648.

<sup>n)</sup> Rational. Diuin. Offic. L. I. c. VII.

<sup>o)</sup> *De Veter. Sacris Christianor. Ritibus* p. 135. edit. Rom. in fol.

<sup>p)</sup> *De Antiq. Ecl. Ritibus* l. II. c. XIII. quod agit de benedictione et dedicata-

zione Ecclesiastarum, atque ex antiquis pontificalibus et ritualibus libris multa exhibet a pag. 668. ad pag. 790. edit. Antwerp. uel potius Mediolan. T. 2. in fol.

<sup>q)</sup> *De Ritib. Ecl. Catol. Lib. I. c. 24.* p. 118. edit. Lugd. in 4.

<sup>r)</sup> *Theol. Sacr. Rit. T. II. P. I.* pag. 573. edit. MERATI ubi is ad rubr. de *Communi Dedicationis Ecclesiae* plura adnotat.

<sup>s)</sup> *Histoire des Temples chap. VII.* artic. 3. *des Ceremonies de la Dedicace d'une Eglise* p. 341. Conferit se deinceps p. 357. ad explications morales horum rituum artic. 5. qui inscribitur *Explication morale de toutes les ceremonies de la Dedicace d'une Eglise*.

<sup>t)</sup> *Controversi. 3. de Cultu Sanctor. cap. 5.*  
D

XXVI DE MARTYRII DEDICATIONE.

dent XII. candelae<sup>v</sup>) et pinguntur XII. cruces, ita ut ante singulas accendantur singulæ lampades. Postmodum Episcopus, clero et populo inseguente, ter circumneundo ecclesiam, exterius cum fasciculo Hyssopi parietes aqua iam benedicta adsparget, et qualibet uice ad ianuam templi accedens, pastorali baculo illam pulsat <sup>w</sup>) dicens: Attollite portas principes uestras. Cui Diaconus respondit: Quis est ille rex gloriae? Pontifex reponit: Dominus fortis. Tertia uice referitur ostium, ingreditur pontifex, dicit: Pax huic domui! et canit Litaniam. Hoc peracto, describitur in pavimento super cineres sparso, baculo pastorali alphabetum græcum ab uno angulo ad alium, et rursus latuum,<sup>w</sup>). ita ut inde crux fiat.<sup>x</sup>) Deinde fit mixtura ex aqua, uino, sale et cineribus: hac adspergitur templum totum, quod pariter ac ara chrismate iunguntur.

Huic igitur templorum et altarium, quibus iisdem particulae de Martyrum et Sanctorum exuviis inferuntur <sup>y</sup>) dedicandorum scenicae rationi, ea in ecclesia Romana uis et uirtus tribuitur, quac

<sup>v</sup>) Candelæ illæ, quæ in circuitu ad parietes templi accendantur, duodenarium Apostolorum numerum indicare uidentur RHABANO MAVRO de Institut. Cleric. II. 45. quem etiam Iohannea Apocalypsis commemoret, in aedificio caelstis Ierusalem fuisse insignem. Interim ex codini in Antiqu. Cpoli, narratione, quæ lumenianus templum dedicatus suspenſis a Theodora candelabris præuentus fuisse, intelligitur, tum creditum fuisse, dedicationem non posse fieri nisi suspenſis prius candelabris.

<sup>w</sup>) Ait IVO Carnot. pontificem ostendere hac ceremonia, quod sibi coeli et

terre potestas cedat, nec aduersa pars eadem resistere ualeat. Et huius farinæ sunt pleraque eiusmodi rituum interpretationes, quarum plures Duranii l. 1. collectas exhibet. Virtutem autem baculi pastorali, qui regimen indicare debet I. A. Schmidtus et Tob. Eckardus pec. differt. expoſuere.

<sup>x</sup>) Tale Alphabetum exhibet EDM. MARTENE de antiq. eccl. rit. T. 2. p. 725. 26. adspicu hoſtiaſculum ex antiquo Pontificali ecclæſiae Notiomagenis, characteribus durioribus, ut formam ostendat, qua pontifex per pavimentum de ſinistro angulo ad dextram scribere

quae ualeat ad ueram et plenissimam sanctitatem illis conciliandam. Sed tales ceremonias recentiori demum aetate ab ingenii hominum superstitionum excogitatas esse, docet partim ipsa earum scenica ratio <sup>2)</sup> partim uel una haec **EVSEBIANA DEDICATIONIS MARTYRII Descriptio.**

Non enim aliter dedicatum illud fuisse refert **EVSEBIUS**, nisi ut initia tantummodo fierent earum rerum, quarum caussa exstruetum fuisset, uidelicet concessionum, precum publicarum, interpretationis sacrorum librorum, nulla re insuper accedente praeterquam orationibus eucharisticis et laudatoriis.

Et hanc rationem imitaturi sumus in consecranda Aede Academica, quae flamma belli exesa, nunc pulchrior rediit. Nam, quam ea adhuc salua, habendis ibi concessionibus, hymnis decindendis, bibliis lectionibus instituendis precibusque persol-

D 2 uendis

bere solitus fuerit in obeundis dedicationis ecclesiae partibus.

<sup>a)</sup> Cur *Cruces* in dedicatione ecclesiae per parietes dextro pollice de christmate duodecim locis siant, enarrat **DVRAN-DVS Rar. dicit. offic. I. 7.** Has typum credit apostolorum, qui primitas Spiritus accepissent; et manifestassent crucis mysterium **IVO Carnutensis.**

<sup>2)</sup> IO. BONAE Rer. Liturg. L. I. c. 10. uidetur is altaria cum reliquiis dedicandi mos originem ex Synaxisbus nec Christianorum ad sepultra Martyrum traxisse. Id tamen certum est coepisse

sum in ecclesia Romana primum ut ex **AMBROSIO Epist. 83.** et **GREGOR. TURON. de Mirac. SS. lib. I. c. 33.** intelligitur.

<sup>a)</sup> Sane si evolueris **BZOVIVM Continuat. Annal. Bar.** ad an. 1506. n. 12. enarrantem ritus in dedicatione basilicae D. Petri Romanae adhibitos, deinde **ANT. V. DALEN de consecrationibus templorum genit. fateberis non modum exceſſive **VALKENIERIVM, MVSARIVM, MIDDLETONVM**, qui libellis singularibus, rituum romanae ecclesiae convenientiam cum ethnicis ostendere.**



vendis non tantum, sed etiam creandorum doctorum celebritatibus  
inseruierit, id omne, ea restaurata, iam est dedicandum et auspican-  
do peragendum. Nostrum uero Ordinem valde erigit et consolatur  
hoc, quod in ipsis consecrationis Templi sollemnibus sacris, do-  
ctorum quoque creationem dedicare, et in medium producere  
queat Viros, qui ob publica uariae et multiplicis doctrinac theo-  
logicae specimina, priuatim Ordini nostro, et publice aliis edita,  
summis honoribus theologicis digni partim iam pridem ha-  
biti sint, partim nunc et in sollemni frequentia declarari de-  
beant.

Quod igitur bene uertat aeternus et immortalis Deus, Au-  
tor et Stator Lutherani nominis, qui hanc Academiam, atque  
hoc Templum, restitutum purioris euangelicae doctrinac nitore  
ibi dedicans, ad omnes gentes omnemque posteritatem in-  
signe ac memorabile reddidit, Auspiciis et auctoritate

*Serenissimi Principis Electoris Saxoniae*

## FRIDERICI AVGVSTI

*Domini mei longe Clementissimi, Nutritoris  
Academiae benignissimi, Patris Patriae  
indulgentissimi*

Rectore

Rectore huius Vniuersitatis Litterariae

Viro Magnifico Excellentissimo Amplissimo,

D O M I N O

## IOH. FRIDERICO HILLERO

Eloquentiae Professore Publico Ordinario, et Alumnor.

Electoralium Ephoro, Patrono pie reuerenterque  
suspiciendo

Facultatem dabo

Viro Summe Venerabili, Excellentissimo, Amplissimo

D O M I N O

## IOACHIMO SAMVELI WEICKHMANNO

Sacrae Theologiae Doctori huiusque Professori Publico  
Ordinario, Consistorii Ecclesiastici Assessori, et Aedis  
Academiae ad arcem Praesuli

Collegae Inclitissimo Patrono Colendissimo

partim renuntiandi, partim creandi Doctores hos V. Viros Sum-  
me et Maxime Reuerendos Amplissimosque, doctrinae co-

D 3

pia



pia pariter ac munerum méritorumque sanctitate praestantissi-  
mos, qui sunt

D O M I N V S  
IOH. FRIDERICVS GVHLINGIVS

*Sacrae Theologiae Doct̄or, Ecclesiae Chemnitienis Pastor Primarius  
uicinarumque Superintendens, Scholarum item Inspector.*

D O M I N V S  
FRIDERICVS IMMANVEL SCHWARZIUS

*Sacrae Theologiae Doct̄or, Ecclesiarum per Episcopatum Numburgensem  
Cizae Superintendens, Eleccorialis Confessorii ibidem Aſſessor, in tem-  
plo arcis Moritzburgensis ad Elyſtram Concionator, et Scho-  
lae episcopalis Ephorus.*

qui Vener. Duumuiri, litteris in eam rem pridem a me editis,  
Doctoris iura et nomen obtinuerunt, iam uero publice renun-  
tiandi

D O M I N V S  
IOH. GODOFREDVS KOERNERVVS

*Sac. Theologiae Licentiatus, et Ecclesiae ad D. Thomae in urbe  
Lipſensi Diaconus.*

DOMI-

DOMINVS  
IOHANNES BÜCHERVS


*Sac. Theologiae Licentiatus, Ecclesiae Iesseneris Pastor et Dioecesis  
Superintendens*

DOMINVS  
CHRISTIANVS GOTTLIEB ISTRICHIVS

*Sac. Theologiae Licentiatus, Ecclesiae Rochlitzensis Pastor Primarius, ni-  
cinarumque per eam Dioecesis Superintendens.*

Quibus uel renunciandis publice, uel ad altiorem locum prouochendis, dictus est dies a Dedicatione Templi academic i terius, Augusti mensis nonus, quo ut RECTOR ACADEMIAE MAGNIFICVS, COMES ILLVSTRISSIMVS, PERILLVSTRIS LIBER BARO, PROCERES VTRIVSQUE REIPUBLICAE rerum diuinarum humanarumque consuiffissimi, omnesque sacrarum litterarum FAVTORES ATQVE PATRONI, nec non Generosissimi, Clarissimi Nobilissimique ACADEMIAE CIVES nobiscum in recessis dedicatam Aedem academicam conueniant, et suum in Ordinem nostrum pariter ac creandorum Doctorum honores, fauorem frequentia declarent, enixe obseruanterque rogamus. P. P. in Academia Vitebergensi, Pridie Encaeniorum Templi Acad. h. e. Dominica VIII post S. S. Triados Festum Anni MDCCCLXX.





Pon Ye 3188

40

ULB Halle  
002 108 143

3



TA → OL

m. s



B.I.G.

Black



ERNESTI FRIDERICI WERNSDORFI

THEOL. DOCT. ET P. P. O.

D E

# TEMPLI CONSTANTINIANI

P R O P T E R

L O C V M M O R I E N T I S E T R E S V R G E N T I S C H R I S T I

S O L L E M N I D E D I C A T I O N E

C O M M E N T A T I O

I N V I T A N D I C A V S S A

A D

R E N V N C I A T I O N E M D O C T O R V M T H E O L O G I A E

I P S I S

D E D I C A T I O N I S T E M P L I A C A D E M I C I S O L L E M N I B V S

A N. M D C C L X X

P. P.



V I T E B E R G A E  
LITERIS CAROLI CHRISTIANI DÜRRII ACAD. A TYPIS

